Numeratur primum per signa ✛ — id est, plus & minus: Majus minori id-
eoque affirmatum negato praeponitur: ut dices non — 7 ✛ 8, sed 8 — 7.

Additio & subductio in iisdem signis habent idem signum, in diversis additio est
subductio, & reliquus habet signum majoris.

Subductio contra est additio, & totus habet signum superioris.
Subducendus si desit à quo subducatur, relinquetur cum diverso signo: Itĕ si major
est in iisdem signis, tollitur ab eo superior, & reliquus habet diversum signum.

Additionis exempla.

$$
\begin{array}{l|l}
10 + 8 - 6 & 7 + 8 - 5 + 4 \\
6 + 4 - 8 & 4 - 9 + 6 - 4 \\
\hline
16 + 12 - 14 & 11 - 1 + 1
\end{array}
$$

Subductionis exempla.

$$
\begin{array}{l|l|l}
8 + 14 - 12 & 8 + 7 - 9 & 14 + 9 + 6 - 4 \\
5 + 7 - 8 & 5 - 10 - 19 - 7 & 9 + 12 + 8 - 9 \\
\hline
3 + 7 - 4 & 3 + 17 + 28 + 7 & 5 - 3 - 2 + 5
\end{array}
$$

Multiplicatio & divisio ex iisdem signis plus, é diversis minus efficit.

Multiplicationis exempla.

$$
\begin{array}{ll}
8 + 9 & 8 - 9 \\
8 + 9 & 8 - 9 \\
\hline
+ 72 + 81 & - 72 + 81 \\
64 + 72 & 64 - 72 \\
\hline
64 + 144 + 81 & 64 - 144 + 81
\end{array}
$$

In secundo exemplo é duobus negatis fit affirmatus, quia multiplicator non est
integer. Itaque si multiplices separatim, veluti quadratos & inter se & cum nume-
ris, fiet é quadratis biquadratus, é numeris numerus, é quadrato & numero qua-
dratus, tumque planus factus per negatum in subductione negatus affirmabitur:
quia tollendus relinquetur cum diverso signo, ut hic vides:

$$
\begin{array}{l}
8q - 9 \\
\quad\quad 8 \\
\hline
64bq - 72q \\
8q - 9 \\
\quad\quad 9 \\
\hline
- 72q - 81
\end{array}
$$